

pacta et conditiones omnes, quos idem dominus Zamilius habuerit cum uillanis huiusmodi facientibus ducha et consiliarijs et rectoribus nostris posse suum, quod dicti uillani remaneant in insula cum quam minori grauamine esse poterit dicti 9 domini Zamiliij. 2—de non 3—non sinceri 12.

## 22

Ἐπὶ αἰτήσεως Σταματίνης συζύγου τοῦ ποτὲ εὐγενοῦς Βίτου Δακανάλη καὶ τῶν ἀνηλίκων αὐτῶν, πρὸς ἀκύρωσιν ἀγοροπωλησίας τιμαρίου γενομένης ὑπὸ τοῦ ἀποβιώσαντος συζύγου της, παρὰ τὰ διατεταγμένα ἐν τῇ διαθήκῃ τοῦ Πέτρου Κρουαζίου πατρὸς τῆς Σταματίνης, ὅστις κατέστησε ταύτην περιωρισμένην κληρονόμον, καθότι τὰ κληροδοτούμενα κτήματα καὶ τὸ τιμάριον ὄφειλον νὰ περιέλθωσιν εἰς τὸν οἶκον ἢ τοὺς υἱοὺς τῆς εἰρημένης Σταματίνης. 1358, Μαΐου 8.

F° 47<sup>r</sup> Millesimo trecentesimo LVIII, die VIII Maij.

Capta. Pro parte domine Stamatini uxoris quondam nobilis uiri Uiti de Canali ciuis et fidelis nostri ac pupillorum dicti quondam Uiti uiri sui et suorum, fuit expositum quod Petrus de Cruaxio de la Canea quondam pater suprascripte 5 done Stamatini in suo ultimo testamento dimisit residuum omnium suorum bonorum mobilium et immobilium et quamdam eius kaualariam positam in districtu Canee eidem done Stamatini filie sue pro suo maritare, cum condicione quod post mortem ipsius done Stamatini dicta bona et kaualaria remanere deberent in filium seu filios ipsius, si filium uel filios haberet. Et non existentibus 10 filijs ex ea, dicta bona et kaualaria diuidi debeant in quinque partes etc. Que quidem domina secundum formam dicti testamenti maritata fuit in dictum quondam ser Uitum de Canali, qui defunctus est relictis duobus filijs ex dicta dona Stamatini uxore sua, scilicet uno filio et una filia. Cum autem reperiatur ut dicitur in catastichis Canee dictum Uitum uendidisse seu alienasse sextam partem 15 dicte kaualarie sitam in Psichro in lo Chalamizi, Thome Uizimanno et alia sexta pars dicte kaualarie sita in lo Tauerniti scripta reperitur eidem Thome Uizimanno set non exprimitur modus alienationis et dicte alienationes dicantur esse contra formam testamenti et uoluntatis predicti quondam Petri de Cruaxio et contra deum et justiciam et in grauissimum damnum et preiudicium dicte done 20 Stamatini et filiorum suorum in quos deuenire debent dicta bona ex forma testamenti predicti. Et rector Canee ut dicitur recuset se impedire de facto predicto pro scriptura predicta que reperitur facta in dicto catastico tempore suorum predecessorum; uadit pars quod fiant sicut supplicatur pro parte dicte done Stamatini, uidelicet quod scribatur rectori Canee quod non obstante commissione sua et 25 scriptura catastichi supradicta audire beat iura dicte Stamatini et filiorum suorum ac omnium aliorum habentium jura in dictis bonis et facere sibi ius. 27 Et si consilium etc.

